



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Vita P. Balthassaris Alvarez, Societatis Iesv Religiosi

Puente, Luis de la

Coloniae Agrippinae, 1616

Cap. XXVIII. Graues morbos hoc tempore patitur, in quibus insignem
patientiam & perfectionem ostendit

urn:nbn:de:hbz:466:1-43347

CAPVT XXVIII.

*GRAVES MORBOS ET ALIAS
valetudinis difficultates hoc tempore pa-
titur: in quibus insignem patien-
tiam & perfectionem
ostendit.*



VONIAM P. Balthassar ma-
gnā præ se ferebat resignatio-
nem, & in rebus omnibus cum
diuina voluntate conformita-
tem: necesse erat eum probari
in rebus aduersis: vt contem-
ptus aliquos, & contra suum
honorem iniurias & alias corporis poenas, & ca-
lamitates ferret: nam S. Bernardo teste: non sa-
tiatur animus vanitate, neque corpus voluptate.
Qui autem perfectus esse vult: vttramq; vincat o-
portet; quæ vt ad terram penitus proijciatur: per-
mittit Deus, euenire opprobria, quæ multum con-
ferunt ad obtinendam humilitatem; ac proinde
facile expellunt vanitatem; mittit etiam agritu-
dines, ac dolores, quib. patiētia perficitur; exclu-
ditur verò voluptas, quā appetit sēsualitas. Voluit
igitur D. N. P. Balthassarē opprobrijs & contēptu
exercera, vt perfectē ac solidē humilis euaderet,
vt postea videbimus; & morbis ac doloribus, vt
esset perfectē patiens: Incepit autem ab his citius,
vt crescendi in virtutibus occasionē ei præberet.

nam,

22. Cor. 12. 9 nam, vt Apostolus dixit: a Virtus in infirmitate perficitur. Cùm autē dicitur VIRTVS, nulla in particulari expressa, significatur morbos Iustus occasionem esse in omnibus crescendi, & ad earum perfectionem perueniendi, quæ ex splendore quem tunc emittunt, agnoscuntur, & manifestantur, ad ipsius Dei gloriam, & fidelium edificationem. Hoc autem maximè præstant duo morborum genera; quæ valde efficaciter solideque electos expoliunt: quidam sunt ferè continui, ita ut semper agrotum malè afficiant dolore & periculis aliqua: non tamen cogunt iacere in lecto; aut Officia, & ministeria sua propterea intermittere: ceteri grauius, & molestè illa præstant: alij sunt grauius, magisque acuti, qui interdum eueniunt, aliquo tempore perdurant, in quo magis exercetur, perficitur, & agnoscitur agrotantis patientia & mansuetudo; resignatio, & Obedientia; & caritatis præstantia, atque perfectio, præcipue cum morbi adedè importunè veniunt, vt consilia, & directiones Officiorum impediant; aut etiam vni finem minentur, cum maximè in illa floreret: in vtroq; hoc genere exercuit Deus Patrem Balthassarem: & ipse in vtrisque insignem ostendit resignationem, & conformitatem cum voluntate diuina.

IN PRIMIS, in grauioribus morbis tanta erat eius patientia, vt & medici, & ipsi Infirmarij obstupescerent; nam, quemadmodum Iob suis doloribus dolorem augebat, saniam testà radens ita hic doloribus dolores addebat; nam, vt supra insinuauimus, cùm amarissimam sumebat purificationem, diutiùs eam in ore, quasi os abluens, retinebat.

nebat; & cum maiori inappetentia laborabat, se ipsum cogebar ad comedendum, ut se mortificaret. Et ubi alij licere existimant (sicut reuera licet) in tali occasione leuamen aliquod querere: ipse nouum aliquem cruciatum adinueniebat, dicens cum eodem Iob: *b quis det, ut qui cepit, ipse me conterat: soluat manum suam, & succidat me! & hec sit mihi consolatio, ut affligens me dolore, non parcat, nec contradicam sermonibus sancti.* b Iob 6.9.

MAXIMAM pressuram suaeque virtutis experimentum habuit in ægritudine, quam hoc eodem tempore Vallis-Oleti passus est, post expeditum negocium Burgis, de quo proximo capite est dictum: cuius nonnulla indicia & præfagia habuisse videtur: eius enim socius retulit, eum cum in eam ciuitatem rediret, eamque à longe videret magnò animi sensu dixisse verba illa nostri Saluatoris ad suos discipulos, cum suae passionis calicem bibiturus ascenderet in Hierusalem: *c ecce inquit ascendimus Hierosolymam, & filius hominis tradetur:* & ita euenit. adeò enim grauitèr morbus eum premebat, ut tanquam mortuus iam relinquere- tur; iacto lineeamine super faciem, & volebant Sacristanum monere, ut quasi pro defuncto pulsaret. Sed placuit Deo, ut miraculosè rediret ad vitam, quia exaudiuit plurimas, valdeque feruentes orationes, quae pro eius salute, & vita, non solum in domo nostra; sed in alijs etiam Religiosorum Conuentibus huius Ciuitatis, à quibus id petitum fuerat, fundebantur; adiuuantibus quoque multis pijs secularibus, qui omnes commiseratione tangebantur ob tantum totius Prouinciæ detrimentum, si in tali occasione tali viro, à quo illa gubernaba-

c Luc. 18.31.

nabatur, priuaretur. Aliqui foelicem hunc eum
 tum tribuerunt sancto Extremæ Vnctionis Sacra-
 mēto (quod piē admodum Inſceperat) cuius vi-
 tus eſt ſanitatē & vitam impertiri ſi ita expo-
 dit, etiā cū naturaliter apparet impoſſibile. Ne
 defuit Prouidētia diuina in humanis medijs pre-
 ſenti neceſſitati accommodatis applicandis. cum
 enim Superior domuſtam exiguam iam habere
 ſpem de vita ægroti: iuſſit, Infirmarium, loannē
 ſcilicet Santium fidelem eius ſocium, ire domo-
 tum, vt à prolixo labore requieſceret aliquantū
 qui cū iaceret in lecto, vehementes quoda-
 ſenſit impulſus, quaſi diceretur ſibi, Surge, & pe-
 te aliquid ægroti, vt comedat: cui adeo vehementer
 impulſui cū reſiſtere non poſſet, ſurrexit, voluit
 aliquid ægroti præbere, quod comederet: ſed me-
 dici ipſi prohibebant, dicentes, id fore ad mortem
 illi accelerandam: ſed Infirmarius tantam inter-
 nam vehementiam ſentiebat ad faciendum quod
 cupiebat, vt redierit ad Superiorem, à quo ſancti-
 tatem impetrauit præbendi aliquam ſubſtan-
 tiam, quam præparatam iam habebat, ægrotanti
 qui ſtatim atque eam ſumpſit, cœpit paululum
 reſpirare, & melius habere; donec ſenſim Deus
 ab illo periculo eum liberauit: in quo tamen pe-
 riculo magnam vir ſanctus lætitiā præ ſe tulit
 ortam ex plena conformitate voluntatis ſuæ cum
 diuina; & magna ſaluatiōis ſuę ſecuritate ac fide-
 cia, quam Deus illi communicabat. Quare dice-
 bat, ſe mortem non timere; neq; rem vllam ſibi
 moleſtiam adferre; aut cor ſuum creaturæ alle-
 cui adſtrictum habere: ſed potius ſibi perſua-
 debat, totum ſuum negocium foeliciter eſſe
 expe-

expeditum. At Prouidentia diuina satis tunc sibi esse existimauit, hanc ægroti voluntatem ad eò resignatam: quare vitam illi produxit ad multa præstanda, quæ ipsius essent obsequij. Nec illud quidem molestiam aliquam ægrotanti adferebat, quod aliquid propter suam mortem Prouinciæ defuturum esset: hanc enim curam & cogitationem, sicut reliquas, diuinæ Prouidentia relinquebat, tanquam huius vineæ Domino, cui facile est, si aufert vnicum eius procuratorem, alium substituere, qui eandem curam gerat.

Ex hac ægritudine, qua Vallis-Oleti laborauit, orta est postea Quartana febris Salmanticæ, quæ & proluxior, & molestior esse solet ob internam tristitiam, & afflictionem, quam solet melancholicus humor adferre: quas tamen molestias ad eò ipse patienter, & modestè ferebat, ut cum die quadam valde grauer in ipso Paroxismo laborantem grauis quidam Pater visitaret, eiusque vultum compositum ad eò ac serenum videret, ei dixerit: impossibile est, R. V. non affici magno dolore: cui ægrotus respondit, quasi nihili faciens, quod patiebatur: perinde est: quasi diceret: idem est mihi pati, aut non pati; vehementi laborare quartana, aut liberum esse ab ea: non enim aliud volo, quàm quod vult Deus: in cuius voluntate totum meum solatium consistit. Nihilominus cum ad eò esset prudens, & proximorum ædificationis Zelosus, ne quid faceret, aut diceret, quod eos posset offendere, operam dabat, ne quis ipsum visitaret tempore, quo febris illa erat

erat vehementior : ne fortè ex humore illo melancholico verbum aliquod minus suave exciperet, quàm alias consueuisset: potius volens, et solo Deo agere, & in illis angustijs ab eo sololatum suum habere.

Ad hæc, ex grauibus morbis, & prolixis peregrinationibus, ac continuis laboribus, quos suis Officijs sustinuit, ortum est, vt valetudinis semper esset, & continuos quosdam morbos haberet, Vrinæ, Renum, Podagræ, & alios similes satis graues ob diurnitatem : quos ipse non solum patienter tolerabat ; sed ita etiam diffinabat: vt nec domestici, aut certè paucissimi aliquid tale in eo animaduertent : accedebat etiam ipse, ad omnes Communitatis actiones, & Officiorum, ac ministeriorum suorum, atque similitale pateretur : id quod magnæ virtutis indicium est. Imperfecti enim, etiam sine causa aliqua, voluptudinis suæ defectus facile produnt, vt huiusmodi aliquod solatium obtineant; aut, vt sibi inde laus honorue deferatur; optantes, vt illi ex commiseratione commoditatem aliquam sibi adferant, aut magni ipsos faciant, eo quod aliquid patientur; & cum non præbetur ipsis, quod optant, sequuntur murmuraciones, & querelæ suisq; singularitatibus alijs molestiam adferunt, & domum ipsam perturbant. Viri autem perfecti huiusmodi valetudinis defectus, tegeter sustinent donec ipsi se manifestent, & vultus eos ipsos prodant; aut remedij alicuius sumendi causa, necesse sit eos aperire; aut vt imperfectum, ac debile aliquid; exemplo suo ad tolerantiam animent. Vbi nihil horum exigit, vt tales defectus aperiantur.

nullum alium testem habere volunt eius quod patiuntur, quàm Deum à quo & solatium & consolationem expectant; honoriq; sibi ducunt, talia pati, vt ipsi placeant.

CUM præterea spiritualis crux ex opprobrijs ac doloribus conficiatur: gloriabatur, quod aliquid tale semper pateretur, dicens: si ligneam crucem, cui Christus D. N. fuit affixus, propterea veneramus, quod sanctissimum eius corpus illam contigerit: cur non veneremur viam laborum eius crucem, quæ etiam cor eius penetrauit? & quæ admodum vel minima crucis illius particula magni fit: ita, aiebat, quemuis laborem aut dolorem sine magnum, sine paruum, quem Deus nobis mittat, esse magni faciendum, & quoscunque afflictos videbat, hæc verba frequenter repetebat: arboris sanctæ crucis nec foliolum permittere debemus decidere in terram.

ACCEDIT, quod cum P. Balthassar adeo esset Zelans, & eminens in ministerijs erga proximos, voluit Deus, quiddam illis addi, quod ea exercentis sanctitatem valde extollar: vt scilicet & præclarissima quæque præstaret, & simul tamen plurima & graua pateretur. Mirabilis procul dubio est, & stupenda vita Iustorum, qui semper in aliquo lecto iacent, feruntque valde patienter, sicut Euangelicus ille Lazarus, graues dolores, vlcera, aliosue cruciatus: sed optandæ magis sunt ægritudines illæ, & valetudo ita affecta, quæ ita hominem affligunt, corpusq; continuè cruciant, vt vires nihilominus relinquunt, vt pro Ecclesiæ bono & animarum salute possint laborare. quod fecerunt clarissimi aliqui sancti, quales fuerunt Sanctus

d. 1. Timot. 5.
23.

ctus Timotheus Episcopus & Martyr, de quo
ius Magister S. Paulus ait, quod d *frequenter* pe-
teretur *infirmities*; nec tamen propterea cessabat à grauibus occupationibus & laboribus Evangelicæ prædicationis. Et sancti Gregorius Bernardus, & Franciscus, qui ad eò in vtroque excelluerunt, vt non sciam, quid potius admirer, an quod plurima sint passi, strenuè ad eò propè proximos laborantes; an, quod tales labores præstiterint tam grauia perferentes. vtroque autem simul insignes coronas sunt promeruerunt enim duas cruces, aut certè vnam ex duabus partibus confectam: partem scilicet graues morbos ac dolores; & simul maximè ac difficilia opera præstare, quæ magnos semper labores coniunctos habent, in peregrinationibus, profectionibus, defatigationibus, persecutionibus, calumnijs, & alijs tribulationibus; & præterea, quod huiusmodi sit occasio, qua suæ charitatis erga proximos perfectionem, & excellentiam ostendant: dum, ne proximis in aliqua necessitate constitutis subueniant negligant, propriam sanitatem suam contemnant, & vitæ periculum subeant. Siquidem, teste S. Thoma, meritò debet spiritualis proximo vita propriæ corporali; & solatium animæ, cogitanti digentis, quieti proprii corporis etiam lassæ ac defatigati præferri. Hæc omnia præstitit Pater Balthassar, vt ex ijs quæ retulimus facile constat: ostendit enim insignem suam charitatem in proximis: cum etiam ægrotus visitaret proximosaegrotantes, qui spiritualis solatij causa eum accesserant, tunc enim ipse eos accedebat, etiam si prius

prius morbus grauaretur: (vt in casu superius commemorato euenit) ne vel in puncto, charitatis suæ perfectio minueretur.

HINC etiam oriebatur, vt ægrotis, & valetudinarijs valde compateretur, vt qui experientia nosceret, quid esset ægrotare, & imbecillem valetudinem habere: Nam talis experientia maxime generat huiusmodi compaffionem. propterea enim Apostolus de Christo D. N. dixit: *e non habemus Pontificem, qui non possit compati infirmitatibus nostris: tentatum autem per omnia.* c Heb. 4. 15. Quare eos frequenter visitabat, verbisque lætis ac iucundis consolabatur; magnaque cura studebat, omnia illis necessaria, & quæ leuamen, & iucunditatem adferre possent, administrari: cupiens tamen, omnes diuinæ voluntati in ijs, quæ patiebantur, esse conformes; non dantes locum querelis, quas adinuenit, sibi que fabricat caro, apparente aliquo maioris pietatis prætextu. Quare cum ægrotum quendam ex nostris visitare, feruentem valde operarium, & conquerentem ac lamentantem, quòd in lecto iacens, nec orare posset, nec Sacrum facere; confessiones excipere, nec alia ministeria præstare, quæ sanus faciebat. Pater ei sic respondit: pluris facit Deus, quod quis eum per mensem sustineat ac toleret; quàm quòd in huiusmodi ministerijs per integrum annum illi seruiat. Et ita instructum magisque animatum reliquit; & quidem iure: nam cum Deus vult Religiosum ægrotare, nihil ille tunc facere potest, quod eius diuinæ Maiestati magis placeat, quàm benè tolerare, quod ille mittit; & propterea, quòd ille mittat. Solet enim hoc

magis esse meritorium: eò quòd sit magis purum
 & à propria voluntate, inaniq; sine ac terrenis vo-
 luptatibus exutum: quæ facile operibus illis mi-
 scentur, quæ sani præstant. Deniq; hæc cum diuina
 voluntate conformitas, illius erat in omnibus
 morbis solatium: inter alia interna sensa, quæ
 suo libello adnotauit, hæc erant verba scripta
 „ dicat ægrotus animæ suæ, quantumuis hæc feb-
 „ corpus adurat, non volo sine illa esse: si ita De-
 „ placet: & hac ratione consolabatur, & exhalauit
 „ bat ægrotos verbis, & literis, valde ad rem ali-
 „ pios datis, vt inferius dicitur.

CAPVT XXIX.

*FIT RECTOR COLLEGII SAL-
 manticensis, datq; operam vt literæ cum
 spiritu coniungantur; magnumq; in
 Fratribus nostris studiosis
 feruorem excitat.*

ANNO
 1574.



LECTO nouo Societatis Ge-
 nerali P. Euerhardo Mercurio
 no, mansit Romæ P. Aegidius
 Gonzalius factus Assistentis, &
 Prouincialis erat huius Prou-
 uinciæ Castiliæ, in quo mun-
 re successit ei P. Ioannes Sa-
 rius; Pater verò Balthassar factus est Rector Co-
 legij Salmanticensis, licet prius fuisset nomi-
 tus Prouincialis Prouinciæ Toletanæ: sed ex illi-
 morbo